

Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Quæst. 214. Quid sit & quotuplex adoptio, ex qua oritur cognatio legalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73973](#)

2. Resp. secundò: Quòd si parens extra causam necessitatis & dictæ ignorantiae, adeoque temerè & malitiosè prolem ex conjugi sua genitam baptizet, vel è sacro fonte, aut in Confirmatione suscipiat, non tantum graviter peccat; quia id severe prohibitum. c. i. & 2. can. 30. q. 1. ut Nav. c. 22. num. 9. Suar. loc. cit. Sanch. L. 9. d. 26. num. 7. Laym. cit. c. 8. num. 8. Pith. n. 39. cum communi; sed etiam propter spiritualem exinde cum conjugi sua contractam cognitionem non potest ab ea petere debitum, eti reddere tenetur. AA. iidem. Quamvis iidem afferant, dictum impedimentum debiti petendi nullo jure expresso probari posse, sed solo DD. consensu nisi. Quin & cum Gl. in c. Si vir. h. t. v debitum substrahere. Cönick. d. 34. du. 8. num. 69. Arg. c. de eo. 30. q. 1. exprelse tenent contrarium, nimurum dicam penam non incurti boidendum, seu nullum conjugalis usus impedimentum inde oriri, quam sententiam probabilem censem Laym.

Quest. 212. Ansif sponsus de futuro sponsæ sua prolem baptizet, aut levet ex Baptismo vel Confirmatione contrahat cognitionem spiritualem cum ea, adeoque impedimentum solvens sponsalia, & dirimens matrimonium contrahendum.

1. Esp. primò affirmativè quòd ad Baptismum, retiam ob necessitatem ab eo collatum. Laym. loc. cit. num. 6. citans Nav. in man. c. 16. nn. 34. & L. 4. conf. 5. de cognat. spirit. edit. 2. Idemque procedere ait Laym. eti nesciat esse prolem sua sponsæ; cò quòd nihilominus verè baptizet, si habeat intentionem conformem Ecclesiæ baptizandi hunc hominem, quicunque is sit. Ratio autem, cur potius sponsus in eo casu incurrat dictum impedimentum, maritus verò ob eandem necessitatem baptizans prolem suam, non incurrat impedimentum petendi debiti hæc assignatur à Laym. num. 7. quòd marito post nuptias acquisitam sicut petendi debitum, adeoque privatio hujus juris sit poena, quæ non incurritur ab eo, qui culpam non admisit. c. discretionem. de eo qui cognovit, inter solitos autem seu nondum junctos matrimonio, dicta moralis inhabilitas ad contrahendum matrimonium, ex Juris Canonici dispositione non censeatur poena, quippe quæ etiam sine culpa contrahi potest.

2. Resp. secundò: Tametsi sponsus scienter

levans è sacro fonte vel confirmatione prolem sponsæ incurrat idem impedimentum; lecus tamen esse videtur, si inscienter, seu nesciens esse prolem sua sponsæ id faciat. Leym. cit. num. 6. cum Abb. in c. 2. h. t. nn. 4. Sanch. L. 7. d. 58. num. 7. ed quòd, ut volunt idem, ad hanc cognitionem contrahendam requiratur scientia & animus, quorum utrumque in tali deficit; ed quòd patrini determinatam intentionem habeat suscipiendo & spondendo pro hoc homine, quem animo concepit, adeoque error circa personam efficit, ut verè patrini non fiat, & consequenter cognitionem non contrahat. Nihilominus contrarium, nimurum dictum errorem, dum quis levat filium sponsa sua, putans esse filium alterius, non impedit officium patrini, consilientemque ex eo cognitionem, tenent Castrop. loc. cit. §. 2. nn. 5. Pono. l. 7. c. 39. num. 9. & plures alii citati à Sanch. loc. cit. ed quòd levans filium videatur obligatus obligatus habere intentionem levandi præsentem, quicunque is sit, non lecus ac baptizans tenetur habere intentionem baptizandi præsentem, quicunque is sit, ne baptismo illa sacra ceremonia deficit. Quòd autem maritus levans per errorem filium uxoris sua non impediatur à petitione debiti, non probat, illum non gessisse verum susceptoris munus, sed solùm probat ex juris dispositione impedimentum petendi debitum illi sublatum esse, & merid, cùm hoc impedimentum, utpote superveniens matrimonio jam contracto, non decebat contrahi absque culpa.

Quest. 213. Num Hæreticus baptizans, vel in Baptismo aut Confirmatione levans prolem Catholici (contra quod prohibetur c. placuit. ib. q. 1.c. non licet, dist. 4. de consecrat.) contrahat cognitionem spiritualem.

R Esp. affirmativè; quia est baptizatus & legibus Ecclesiæ subjectus (nullibi siquidem in jure redditur incapax gerendi hoc munus patrini, eti id ei inhibeat, & aliunde non obstat, quòd non sit capax instituendi baptizatum in Fide Catholica; cùm hoc officium nunc ferè non incumbat patrini, ut Laym. l. c. nn. 7.) ac proinde capax cognitionis spiritualis. Sanch. L. 7. d. 60. n. 2. ubi ait, hos omnes fateri. Et ex eo Pith. h. t. n. 40. Secus se res habet cùm infidieli secundum dicta supra.

T I T U L U S XII.

De cognitione legali.

Quest. 214. Quid sit, & quotuplex adoptio, ex qua oritur cognitione legalis.

1. Esp. ad primus: Rectè definitur adoptio à D. Thom. communiter recepto in 4. d. 42. q. 2. quòd sit persona extranea in filium vel nepotem legitima suscepit. Dicitur primò: Persona extranea qualis hic intelligitur, quæ non est in potestate adoptantis, seu ex descendenti illius, sive alias sit consanguinea sive non. Dicitur secundò: In

filium vel nepotem; quia nemo potest adoptari in statrem vel patrem. L. nec apud. c. de hered. ins. sub masculino autem hic comprehenditur & femininum, nempe sub nomine filii filia, sub nomine nepotis neptis. Dicitur tertio: Suscepit, quia per eam adoptans suscepit in filium vel nepotem, quem à natura non habet, & quo natura defectum supplet. Dicitur quartò: Legitima: quia legibus civilibus statuta, & Canonis approbata fuit, adeoque etiam in ea forma à jure præscripta est servanda. Videlicet primò, ut adoptans sit mas. Feminis enim ex rescripto Principis non est concessum

adoptare. §. *fæmina*. *Inst. de adopt.* cō quid filios sub sua potestate non continant. *Castrop.* tr. 28. d. 4. p. 9. nū. 4. Secundū, ut sit sui juris, & major 25, annis; cūm alias sua administrare nequeat. Tertiū, ut non sit naturaliter impotens ad gignendos filios; cūm in defectum filiorum, quos spe-ctatā naturā habere posset, permittitur adoptatio. Quartū, ut sit 18, annis major adoptato, adeoque ut esse posset ejus pater naturalis, etiam ratione etatis; cūm hæc adoptio filiorum ad similitudinem carnalis generationis introducta; quinimō in adoptione perfecta, seu arrogatione adoptans debet completere annos 40. Quinī, ut adoptatus sit adoptanti præfens, dum sit adoptio (ad eoque adoptio per procuratorem fieri nequit) & hic in adoptionem consentiat. Vide de his omnibus *Inst. & ff. de adoptionib.* *Sanch.* L. 7. d. 63. n. 2. *Molin.* Tom. 2. d. 227.

2. Resp. ad secundum: Adoptatio, ex qua ori-
tur cognatio legalis, est duplex: Alia perfecta, in
qua rescripto Principis persona extranea, quæ est
sui juris, transit in potestatem & familiam ado-
ptantis, sicut alii filii legitimi, fitque haeres necel-
satius illius ex testamento in quarta bonorum parte
ut filius naturalis. Dicitur hæc adoptatio arrogatio;
quia à Principe rogatur adoptans, an velit
adoptatum in filium vel nepotem habere; &
adoptatus, an id fieri consentiat. Alia imperfecta seu
simplex & specialis, quæ sit auctoritate cuiuslibet
Judicis merum & mixtum imperium habentis, &
qua persona extranea, esto juris sui non sit, sed
sab alterius, nempe patris sui naturalis potestate
constituta, quam per hoc non egreditur, nec in
adoptantis potestatem transit, nec sit haeres illius ne-
cessarius ex testamento, sed tantum valens ei ab
incestato succedere (nisi tamen pater naturalis non
extraneo, sed avo materno, vel etiam avo paterno,
sive pater naturalis fuerit emancipatus, filium
dederit in adoptionem; tunc enim adoptatus
transiret in potestatem patris adoptivi. *Pirh.* b. t. n.
2.) assumitur in filium vel nepotem. Ut hæc o-
mnia constant ex §. sed hodie. §. item. §. *alii. Inst.*
de adopt. & L. 1. & 2. cod. *ff. de adoption.* De
cetero adoptio, facta etiam publicè, sed sine au-
thoritate Principis vel magistratus, nullum effe-
ctum habet, cūm leges citare hanc conditionem
pro forma requirant, adeoque ea deficiente actus
corruat. *Castrop.* n. 5. citatis *Abb.* in c. unic. b. t.
n. 3. *Jo. And.* ibid. n. 1. *Angel.* v. *adoptio.* n. 3. *Sylv.*
cod. q. 8. *Sanch.* L. 7. d. 63. n. 18.

*Quæst. 215. Quid sit, & quotuplex
cognatio legalis.*

1. **R**esp. ad primum: Cognatio legalis est propin-
quitas personarum ex adoptione proveniens.
Ita communiter AA. cui definitioni *Pirh.* b. t. n. 3.
ex *Sanch.* l. c. n. 5. adjicit hæc verba: *Jure Ecclesiastico* *jus civile approbat.* Atque ita distinguitur à co-
gnatione naturali, upore quæ provenit ex consan-
guinitate & affinitate.

2. Resp. ad secundum: Cognatio legalis, tam
ex adoptione imperfecta, quam perfecta pro-
veniente est triplex: Prima in linea recta inter ad-
optantem & adoptatum & hujus descendentes, si
hi in ejus potestate existant. §. ergo non omnes, *inst.*
de nuptiis. L. quin etiam *ff. de ritu nupt.* Secunda
lateralis: seu in linea transversa inter adoptatum &
filios, nepotes & alios descendentes, saltem legiti-
mos, adoptantis. De qua §. *inter eas. Inst. de nupt.*
& c. *per adoptionem.* 30. q. 3. c. unic. b. t. Tertia

fundatur in legali quadam affinitate ad similitudi-
nem affinitatis carnalis inter adoptantem & uxorem
adoptati, & è contra inter adoptatum & uxorem
adoptantis. L. *adoptivus. ff. de ritu nupt.* Vide de
his *Sanch.* cit. d. 63. n. 6.

*Quæst. 216. Ex qua adoptione oriatur
cognatio legalis dirimens matrimonium.*

1. **R**esp. priuī: Certum est, oriri eam ex ad-
optione perfecta, quæ arrogatio dicitur.
L. 14. & seq. *ff. de ritu nupt.* c. unic. b. t. c. per ad-
optionem. *caus.* 30. q. 3.

2. Resp. secundū: Oriti eam ex adoptione
imperfecta seu simplice, negant *Sylv.* v. ma-
trimoniu. 8. q. 8. dicit. 4. *Sanch.* plures alios re-
ferens. L. 7. d. 63. nū. 9. *Henriq.* L. 12. c. 12.
num. 3. in quorum tententiam inclinant Laym.
L. 5. tr. 10. p. 4. c. 7. num. 3. *Pirh.* b. t. num. 3.
cō quid, ut inquit, hæc non sit adoptio pro-
priæ, & simpliciter dicta (nisi forte, ut *Pirh.* ad-
optans sit avus paternus aut maternus; tunc enim,
quia adoptatus transit in avi potestatem, censetur
adoptio perfecta, ut ille) adeoque, cūm impe-
dimenta tanquam odiosa sint restringenda, leges
statuentes hoc impedimentum non sint exten-
dæ nisi ad adoptionem propriæ talem. Item quid
hæc cognatio legalis constituta ad similitudinem
cognitionis carnalis, uti & filii adoptivi ad si-
militudinem filiorum naturalium legitimè na-
turalium; quam similitudinem referre nequit, nisi
adoptati transeant in potestatem & familiam ado-
ptantis, quod non sit per adoptionem illam im-
perfectam. Ac denique, quid hac ratione ces-
set periculum incontinentia inter cognatos legales,
dum hi, cūm non transeant in potestatem ado-
ptantis, non habent simul. Quod periculum
vitandum est præcipuum fundamentum, cur hoc
impedimentum ab Ecclesia inductum, ut *D. Th.*
in 4. d. 42. q. 2. a. 2. in corp. unde etiam ait *Pirh.*
cum *Sylv.* non obstante, quid *Jus Canonicum* non
distinguit inter arrogatum, & adoptatum simpli-
citer, sed loquuntur indistinctè, cūm satis sit,
quid ratio juris; quæ est dicta cohabitatio, di-
flingunt. E contra affirmant cum *Gl.* in c. unic.
b. t. ad fin. & ibi *Host.* in fine, *Abb.* num. 5. *Co-*
var. in 4. *decret.* 2. p. c. 6. §. 5. nū. 2. *Tolet.* L.
7. sum. c. 4. nū. 7. *Rebell.* de oblig. iust. p. 2. l.
3. q. 7. *Ponc.* L. 7. c. 41. in princ. *Gutt.* de matr.
c. 102. *Barbol.* de potest. *Episc.* 3. p. alleg. 51. in
fine, quos citat & sequitur *Castrop.* cit. p. 9. n. 9.
cō quid licet adoptio, per quam quis non transit
in potestatem & familiam adoptantis, sit adoptio
minus perfecta, sit tamen vera ac propriæ adoptio.
Arg. §. *ad opio.* *Inst. de adopt.* & l. *adoptivus. ff.*
de rit. *nupt.* & *textus Juris Canonici*, quibus
affleritur hoc impedimentum, loquantur absolute
de adoptione, ac proinde oram inde cognatio-
nen legalem opus non sit in omnibus assimilati co-
gnationi carnali.

*Quæst. 217. An & quæ cognatio legalis
ex tribus illis dirimat matrimonium.*

Resp. Omnes tres illæ cognitionis legalis spe-
cies sunt impedimentum dirimens matrimoniu-
m. *Abb.* in rub. b. t. *D. Thom.* l. c. q. 2. a. 2. *Gal-*
lego de cognat. leg. c. 3. n. 36. *Lancell.* *inst. jur.*
can. l. 2. tit. de tripl. cogn. ubi de legali. §. *legat.*
cognat. *Ponc.* l. 7. c. 41. n. 2. *Sanch.* cit. d. 63. n.
17. *Gutt.* l. 104. n. 4. *Laym.* l. c. n. 3. *Castrop.* n. 7.
cum